

Sudat altera editio *Faunæ Suecicæ* \*, quam excipient *Species Plantarum*, et nova editio *Systematis Naturæ*.

*Hemerocallis peregrina* Feuill. mihi è seminibus enata est, quæ omnium pulcherrimis floribus gaudet.

*Rheum Chinense fol. laciniatis* accepi vivis radibus, et pulcherrimam *Pæoniam tenuifoliam*.

Martin discipulus, qui diutiùs hæsit in Norvegiâ, observavit *elephantiasim* pecorum et piscium forari à vermibus (species —.—.—.—. fasciolæ), qui hærent inter tubercula.

Chirurgi et medici etiam apud nos rixantur ut in Galliâ.

*Systema Morborum* tuum quod dicebas sudare, omnium avidissimè exopto, tanquam fundamen-tum totius rei medicæ.

Pulcherrimas plantas in Hispaniâ australi legit meus Alstroemer \*\*, in Angliâ Solander \*\*\*, et ad me miserunt.

\* C'était la deuxième édition qui renfermait les noms vulgaires, 559 pages in-8° avec deux planches.

\*\* « Le commissaire CLAES ALSTROEMER, qui visita avec soin l'Angleterre, la France, l'Espagne et l'Italie, m'envoya plusieurs collections qu'il avait faites ou qu'il s'était procurées. » *Journ. de LINNÉ*.

\*\*\* SOLANDER (DAN.), du Nordland, 1736-1781, parcourut d'abord